

tendum, donec omne Zincum in flores sit  
 conversum. Interea flores de utroque cru-  
 cibulo pro rei necessitate sæpius tollantur.

Hi flores si satis albi non sunt, per par-  
 vas portiones injiciantur successive in aliud  
 crucibulum candens, & calcinetur, ut casu  
 adhærens adhuc phlogiston abigatur, quo al-  
 bescant debite.

GLOBULI CARMINATIVI

*vide:*

SUPPOSITORIA.

GLOBULI AD ERYSIPELAS

*vulgo*

MONIALIUM SANCTÆ ELISABETHÆ.

℞. Pulveris Aluminis crudi unc. iij.

Salis ammoniaci unc. iβ.

Solvantur in

Aquæ communis libr. iβ.

Cum hac solutione lævigentur super por-  
 phyrice.

Cretæ albæ purissimæ libr. iiiβ.

Cerussæ libr. ij.

*Pharmacop.*

N

ulti-

ultimo admiscendo

Camphoræ ope spiritus vini in pulverem  
redactæ unc. j.

Ut omnium fiat massa, ex qua formentur  
globuli ponderis uncix dimidiæ in umbra ex-  
siccandi, ac fervandi.

### GLOBULI MARTIALES.

℞. Limaturæ ferri alcoholifatæ part. j.  
Cremoris Tartari part. ij.

Misce simul in vase terreo, aut ferreo c.  
f. q. aquæ, ut inde fiat puls tenuis, quæ leni  
calore vaporet adusque siccitatem, sæpius ta-  
men movendo; huic miscelæ adfunde denuo  
aquam, iterumque ut prius exsiccari sine, id-  
que toties repete, donec massa debite inspif-  
sata consistentiam habeat tenacem quasi resi-  
næ mollioris, ut inde valeant efformari glo-  
buli uncix j. debite asservandi.

Sunt qui hos globulos ex martis extracto  
fieri jubent, sed tunc superfluum esset addere  
Cremorem Tartari, utpote qui ad facilitan-  
dam ferri solutionem addi solet, dum interim  
in extracto mars solutus jam est.

HEPAR